



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Codex traditionvm Corbeiensivm**

**Falcke, Johann Friedrich**

**Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752**

§. 407. De traditione Immiconis et Thangmari in villis Thieddegeshus atque  
Aldanhorpe in pago Suilbergi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36114**



§. 407.

radidit bunico pro patre suo boia in thieddegeshus (1) XX.  
Iugera et I iurnalem.

tradidit *twangmarus* pro fratre suo *bunicone* I. iurnalem et XV iugera in eadem villa et in *aldamborpe* (m).

§. 408.

- (1) *Tbieddeghesbus villa erat in pago Suiilbergi sita, teste abbatte Sarachone.* Ob-De villa  
*uersatur menti vicus desolatus Tbieddexen, olim haud procul ab oppido Einbeck Thied-  
 in ducatu Grubenhagico obuius prope vrbis portam, quæ vocatur adhuc porta degesbus*  
*Tidexensis.*

(m) *Aldanthorpe itidem exsilit in Suiilbergi pago, eodem referente Sarachone.* In-De villa  
*dicatur vicus Aldendorp desolatus, oppidum inter Einbeck et Saltz der Hellen Aldan-*  
*thorpe olim reperiundus. Ex hoc situ locorum iam supra §. 104. not. (††) et §. 377.* in pago  
*coniectauimus, Buniconem, Thancmarum atque Hojan fuisse e celebratissima stir-*  
*pe Widikindea procreatos. Vnico die et eodem mense tam Thancmarum quam gi.*  
*Buniconem hæ bona dedisse, affirmare non audemus, nisi quis perhibere malit,*  
*Thancmarum loco fratris sui Buniconis tradidisse bona, ad villam Tbieddeges-  
 bus sita. Hoc nobis videtur omnino probabilissimum. Putamus enim, ei hæc*  
*a Thangmaro dara esse bona, cum eius fratrī Buniconis corpus ingenti lānguore*  
*sine viribus tēgrum iaceret. Referunt enim Corbeienſes nostri in Chronico*  
*MSpto et coetaneo, anno DCCCCXLVII. virum nobilem Buniconem ope sanctorum*  
*Viti et Iustini, quorum corpora in monasterio nostro, noua Corbeta appellato, qui-*  
*escunt, a grauiſſimo morbo liberatum esse eumque ergo pro gratitudine utriq[ue] fieri*  
*fecisse nouam cistam argenteam. Quibus e verbis discimus, Buniconem anno 967*  
*laborasse morbo, et credidisse, se ope dictorum Sanctorum recuperasse sanita-*  
*tem. Cum autem Corbeienſes nostri Buniconem appellarent virum nobilem, eo*  
*ipso indicarunt, illum e familia quadam illustrissime fuisse ortum. Perdiuitem*  
*fuisse eum, intelligitur et pater ex eo, quod totam cistam argenteam donare va-*  
*leruit. Ample enim ista et inaurata cista erat, in qua olim Corbeienſes nostri*  
*corpus S. Viti recondebant. Eam in basilica sublimem collocabant, vt ab omni-*  
*bus conspici posset. Hoc ipsum ex membranis Corbeienſibus annotatum de-*  
*prehendimus. Cum vero ex eodem chronico appareat, Buniconem eandem*  
*tradidisse cistam, præſidente suis Abbate Luidolfo: Gerbernus enim anno 965*  
*XIII. Kal. April. mortuus, eodemque anno Luidolfs iterum, eodem Chronicō*  
*teste, ordinatus erat; cuilibet facillimum intellectu erit, nos oportuisse ab*

K k k k

hoc